

fidelibus nostris tam presentibus quam futuris, quod Petrus de Leta Novellus filius Ioannicii de Capite Casalis, Mauricius frater eius et Iohannes filius Petroni de Mendicino^{a)} fideles nostri ad nostram presentiam venientes scriptum cuiusdam sententie late a Roberto et Laurentio iudicibus Monticini fidelibus nostris quondam ex commissione magistri Petri de Sancto Germano magne curie nostre iudicis et fidelis nostri nostre celsitudini ostenderunt, in quo continebatur, qualiter eos ad nostrum^{b)} demanium rationabiliter revocantes, quos Rao de Rocca^{c)} in preiudicium curie nostre occupatos minus licite detinebat, et celsitudini nostre humiliter supplicarunt, ut scriptum predictae sententie confirmemus et eos in demanio nostro tenere de cetero dignemur. Nos autem supplicationes eorum, quas vidimus consentaneas rationi, favorabiliter admittentes scriptum predictae sententie^{d)} benignitatis nostre gratia confirmamus et tam ipsos quam heredes eorum in demanio nostro de cetero tenere volumus et habere, quemadmodum antecessores eorum temporibus felicitum regum Sicilie predecessorum nostrorum in demanio curie extiterunt, salvo servicio, quod ipsi curie nostre facere tenentur et debent. Ad huius itaque rei evidentiam et perpetuam firmitatem presens scriptum fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Datum Neocastri anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo sexto, mense ianuarii, quinde decime indictionis.

XVI.

Kaiser Friedrich bestätigt dem Abt und den Mönchen von Fiore seine denselben einst ausgestellte und nun wörtlich eingerückte Urkunde von (1221) Juli 24, Messina, die durch Altersspuren an einer Stelle bereits stark beschädigt war, und in der er den Zollmeistern und baiulis von Palermo, Messina und im ganzen Königreich untersagt, vom Abt, den Brüdern und den Boten des Klosters Zoll und Abgaben zu erheben.

1250 Dezember (vor 13), Foggia

Matera, Biblioteca Provinciale, Ms. 21/II (Venusio II), fol. 119^{r-v} (M).

Drucke: –

Regesten: Baraut, S. 249 Nr. 25; BZ 499 (ohne Monats- und Ortsangabe).

XV. a) erstes n verb. M b) nostram M c) übergeschrieben über getilgtem Wort M d) danach Wort getilgt M.